

jamdum A. cl<sup>o</sup> loc LXXX. in *Theosophia Universalis* docuisset, pietatem ad essentiam Theologiæ (metaphysico sensu) requiri, eamque Theologiam, quæ secus se habeat, & scopum non obtineat, non esse veram, \* cum in *Libro de Christianismo practico* scripsisset, nullam Ecclesiam, neque adeo vel nostratem, in doctrina tradenda satis puram esse, \*\* cum præterea in illis, quæ ad *Tabulas Hodoſoph. Dannbauerianas* scripserat, alibique, studium veritatis, vel orthodoxiæ, & Theologiam, etsi quam accuratissime ad sacras literas instituatur, si pietas non adſit, animamque ipsi tribuat, Ψeuδόνυμον esse docuisset, eamque ad meram Philosophiam de rebus sacris reduxisset, carnalem, literalem & ἄρεον (*fleischliche, buchstäbische, ungöttliche Theologie*) vocasset, monitusque a Theologis, in eadem sententia perstitisset; factum est, ut asseclæ longe etiam durius loquerentur, & sectam fibi aliquam ejusmodi Theologorum, nomine etiam diacritico designandam, comminiscerentur. Et I. H. Horbius quidem jamdum, in *Consilio piis desideriis Spenerianis addecto*, scripserat, multos Doctores falsum docere Evangelium, \*\*\* alii vero non ista solum repetere, sed ad βδελύγματα usque & blasphemias voces progredi.

**XX.** Semina hujus imputationis errorisque, quo illa nititur, jamdudum in Doctorum quorundam scriptis sunt observata, qui meliori quidem animo, inter frequentes de vitiis passim regnantibus querelas, ac gemitus de multorum tempore, qui non veritatem so-

C<sub>3</sub> mit ob. möglichen lum

\* Allgemeine Theosoph. p. 320. & passim.

\*\* Keine einzige Kirche sey in der Lehr-Verfassung richtig,  
Thätig Christenthum, P. II. p. 802.

\*\*\* Nicht wenig Prediger führten ein ganz falsch Evangelium, p. 218.